



*Commodati, vel contra §. 6. Non potest commodari id quod usu consumitur, nisi forte ad pompam, vel ostentationem quis accipiat.* Quare si monetæ aureæ ad pompam traderentur, commodatam; si ad cultum, depositam, non mutuum diceretur: quia ad mutui naturam requiritur quod res natura sua sit consumptibilis, & in consumptionem usum tradita. Heinc mutuum discrepat a *commodato*, cuius res usu non consumitur, sed eadem numero restitui debet; & a *deposito*, cuius res non ad consumptionem, sed ad cultum præberetur. Res quæ Theologi *consumptibiles*, id est *fungibiles* vocant, seu quæ in suo genere *sententiam recipiunt*, id est consumptionem, seu absum: abusus enim hic consumptionem significat. Rem consumptio duplex. Naturalis una, quæ res ipsa perit; ut vinum, frumentum, oleum &c. Civilis altera, quæ res alienatur; ut pecunia, quæ dum in alterius dominium transit, priori domino perit. Res quæ usu non consumuntur, non sunt materia mutui (quodquid dicitur Salmaticenses, & alii) sed *commodati*. Ultima particula, ut *elapso aliquo tempore tantumdem restituitur*, significat aliquod interitum res debere traditionem inter & restitutionem. Qui enim mutuatur, obligationem sibi sponte imponit non statim, sed post aliquod tempus repetendi rem traditam. Si temporis punctum constitutum sit, illo elapso, restituendum tantumdem rei acceptæ est: alioquin morosus debitor ferer. Si nullus præfixus dies est, spectatis dantis, & accipientis circumstantiis, & repeti, & restitui debet. Præteribi enim certa regula nequit, sed arbitrio prudentiam id relinquendum est. Res restituenda debet esse eundem valoris, cum pro vino, frumentum pro frumento, pecunia pro pecunia. In hac tamen restitutione non tam attenditur species physica, nempe quod reddatur idem metallum auri, vel argentum (nisi de hoc conventum fuerit) quam formalis valor. Quare frumentum, & cetera res debent esse eundem quantitatis, & qualitatis cum rebus acceptis. Res mutuatitia crescit, & decrevit mutuatur. Quare si valor monetæ augetur, aut minuitur, eadem non mutuatur crescit, aut decrevit. Sed de his infra.

II. Explicatam definitionem unanimi consensu probant Catholici omnes, verborum diversitate sublata. Cavillari illam heterodoxi fident, illud Deuteronomii cap. xxxii. obtrudentes: *Non fenerabis fratru tuo ad usuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet a-*

*liam rem, sed alieno. Fratru autem tuo absque usura id quo indiget, commodabis.* Duas allati textus particulas opponunt. Prima est, *quamlibet aham rem*: quibus verbis res etiam non *fungibiles* indicari contendunt. Altera, *id quo indiget, commodabis*: quibus quoque verbis commodatum pro mutuo, & contra accipi volunt. Sed aperte falluntur, & fallere ceteros conantur. Laudata quippe verba, *quamlibet aham rem*, res includunt quæ mutuo traduntur, nempe consumptibiles. Verba enim Scripturæ non solummodo & absolute, sed cum universo textu coniuncta intelligi debent. Res autem in textu recentiore consumptibiles sunt. Ergo & ceteræ omnes quæ ibi indicantur. Transitus iste ad diversum rerum genus cavillatorius est. Quod confirmatur omnibus Scripturæ textibus, in quibus dum usura materies recenletur, semper res consumptibiles adducuntur. Exod. xxxii. *Si pecuniam mutuum dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non usque ad usum quasi exactor, nec usuras opprimes.* Iterum in Levitico cap. xxv. *Pecuniam tuam non dabis ei ad usuram, & frugum superabundantiam non exiges.* Præterea alia testimonia tum veteris, tum novi testamenti, quæ solas res consumptibiles usuræ lubecitas memorant.

III. Potissima mutui proprietas quæ ex eundem natura necessario proficitur, est domini translatio. Si enim res mutuo lubecitæ usu consumuntur, & vi mutui ad consumptionem dantur; consequitur ut qui res mutuo dat, ius quoque conferat eadem distrahendi, consumendi, alienandi. Pecunia quippe sola alienatione contum valent; ceteræ autem res fungibiles consumptione perierunt. Qui mutuo pecuniam accipit, eundem merces emit. Mercum venditor pecuniarum dominus absolutus evadit. Unde si acquirat dominium illud? A mutuaturio. Hic igitur dominus pecuniarum erat: quia *nemo plus iuris ad alium transferre potest quam ipse habet.* l. 54. ff. de reg. iur.

IV. Fatentur vel ipsi Molinæus, Salmaticus, & alii heretici, usuram patroni, dominium in mutuo transferri; sed distinguunt Salmaticus numerorum corpora a re quanta. Corporum dominium alienari concedit, sed dominium quantitatis. Hæc sola festiva, & perniciosa distinctio declarat quam sic desperata causa quæ hæc cavillatione nititur. Quisque acciperet aureorum corpora, idealis quantitatis Salmaticus relicta. Metaphysicam distinctionem quantitatis a corpore negotiationi applicat eruditi homines, qui

Scho-

Scholasticorum veras distinctiones deridere in deliciis habent. Corpora ita quantitate affecta sunt, ut alienari sine eadem nequeant. Alienantur corpora. Ergo & quantitas, quæ separati respectu a corporibus nequit. Quamobrem amittit mutuatur dominium numerorum quæ mutuo tradit; sed retinet ius tantumdem quantitatis repetende. Insultum cum dominia nimis crasse confundunt usuram patroni quæ duo omnino distincta sunt. Dominium quippe ius in re est, & facultas utendi re pro libito domini. Mutuatur hoc dominio rei mutuatitæ caret; sed ius, seu actionem retinet ad repetendum tantumdem. Hæc omnia perpicua sunt & luculenta; quæ solius explicita fuerunt in citatis adversus usuram libris.

V. Altera mutui proprietas est, quod periculum fit penes mutuaturium. Quilibet enim res dominum suo habet, aut perit. Qui mutuatur accipit, rei mutuatitæ dominus evadit. Insi ergo res ista perit, aut stat.

VI. P. Franciscus ZECH, Almae Universitatis Ingolstadtensis Professor primarius, in suo libello inscripto *Rigor moderatus* &c. duodecim circiter §§. in mutuo deleribendo insinuat. §. 26. mutui naturalia explicat: & §. 27. colligit simul eundem mutui *substantia*, & *natura*. Ibidem me carpit, quod minus apposite dixerim in citato commentario, ad naturam seu essentiam mutui non pertinere quod sit gratuitum. Intelligendus est Commentator, inquit Professor primarius, *id non esse de substantia*. Acutissime. Verum si Auditor iste verborum proprietatem penitus introspexisset, aut si Calepinum consulisset, abiecit forsitan hæc vocabula *naturalia*, & *substantia*, adhibita in mutuo exponendo; & intelligeret quantum futillis & ridicula sit sua interpretatio. Sed hæc logos, & negis missis, cur ego dixerim mutuum non esse naturam suam gratuitum, patens illudandum est: cum id ad argumentum non tum illudandum maxime conferat. Arguunt heretici usuram patroni. *Mutuum gratuitum est.* Ergo nos qui pecuniam ad lucrum damus, mutuum non damus. Ergo nec usuram committimus, quæ est lucrum ex mutuo. Quod vanissime sophistica sic profigavimus. Feneratores omnes lucrum volunt. At dum lucrum volunt, mutuum nolunt; cum hoc natura sua gratuitum sit. Fieri ergo nequit ut feneratores usuræ crimen perpetrent, etiam velint. Mutuum gratuitum est, si fiat, aut debet, ad legis tum naturalis, tum divine præscriptum; tenebre veræ, & onerosum, si ab avaritia moder-

tur. Bonitas pericit quidem, & malitia inicit; minime vero destruit rerum essentialia. Feneratoris gravamen inquit, non destruit mutui naturam. Qui plura cupit, consulat præfatum *Commentarium*, ubi colliget quam acutus criticus sit P. Zech.

VII. Ex his quæ dicta sunt, compertum manet, mutui contractum differre à ceteris contractibus. Nam in emptione, & venditione pretium pro merce solvitur. In permutatione una merx pro altera traditur. Donator totum gratis concedit, nullo sibi servato iure quodquam repetendi. In locatione pro usu rei pretium exigitur. In commodato non transfertur dominium, sed usus; & eadem numero res non fungibilis restitui debet. In deposito custodienda res traditur: & pignus securitatis præstandæ causa prebetur alique domini translatione, & cum onere eundem omnino rei restituenda.

## C A P U T II.

*Vera usura notio tum ex Theologis, tum ex Scriptura, & Patrum traditione adversus vulgi, & hereticorum commenta. Diversa sua usura acceptio.*

**T**heologi communi assensione definiunt usuram, quod sit *lucrum perceptum ex mutuo*: maioris explanationis gratia addidere alii *ei mutui*, ut paucis verbis excluderent titulos, qui, si veri sint, ab usuræ labe purgare lucrum valent; cum non sit ex mutuo, sed ex alio capite.

II. Hæc usura brevis, & sane perpicua Theologorum definitio, licet non itidem veritas, res tamen cum in Scripturis, tum in Patribus reperitur. Nam & Scripturæ, & Patres usuram appellant quamlibet supra fortem traditam accellionem, sive parvam, sive magnam, sive a divite, sive a paupere perceptam. Indoctum vulgus constituit usuram solet in luci exigui: quem vulgi errorem partim adoptant heretici moderni, partim novis commentis amplantant. Carolus Molinæus primus omnium post Calvinum erroneum innoxie de usura libellum in suo tract. de usur. in quo num. 85. tres hominum gradus distinguit. In primo constituit pauperes qui emendicata stipe vitam agunt, quibus non mutuo, sed elemosina providendum docet. In altero indigentes collocat qui hic & nunc egent subsidio; pares tamen sunt tempore opportuno mutuo reddendo. Hos gratuito mutuo levandos ait. In postremo gradum divites, & mercatores

ponit, qui reipsa nulla re egent, sed patrimonium negotiatione amplificare student. Ab ista ratione mutui exigi posse moderatam usuram contendit. Quam errorem posteriores heretici, potissimum Calvinista, Salmasius, Noëdus, Barberyacus, & aliam plebs sunt, Lutherus, & Melancthon, Brentius, Bucerus, primi ab Ecclesia Romano-Catholica spoliate doctrinam Catholicorum adversus usuram acriter propugnantur, precipue Brentius. At in presens & Lutherani, suorum Pseudopatriarcharum doctrina repudiata, Calviniano de fenore errori subscribunt.

III. Nonnulli Catholici Calvinistarum de fenore erroneam doctrinam facere nova distinctione studuerunt. Duplex mutui genus isti excogitant. Unum, quod vocant *consumptionis*, traditorumque indigentibus, qui idem mutuum pecuniam accipiunt, ut se familiarique lubentent, ut filiam nupti tradant, ut alii necessitatibus provideant. Alterum appellant *negotiationis*, quod mercatoribus traditur ad amplificandam mercatorem, & agenda negotia; ex quibus ingentes percipiunt proventus. Lucrum quod percipiunt, ex primo *consumptionis* mutuo, fenore est; quod exigitur ex altero *negotiationis*, censetur usurae labi esse immune, dummodo sit moderatum, & pariter legibus consentaneum.

IV. Hæc vasa commenta perspicue explundunt tum Scripturæ divinæ, tum Patres, Leviticus cap. xxv, hæc habentur: *Ne usurat accipias ab eo, nec amplius quam dedisti.* Hæc verba, *Amplius quam dedisti*, excludunt omnem accessionem, sive minimam, sive magnam, supra sortem. Similiter Propheta Ezechiel cap. xviii. & xxii. hæc eandem usurae notionem exprimit. *Ad usuram non commodaverit. & amplius non accipiet.* Ecce absolute excludant omnem accessionem, additam sorti tradit, per hæc verba, *Amplius quam dedisti*, quæ verba bis repetit Vates sanctus. Tandem Christus Dominus in Evangelio dicit: *Mutuum date, nihil inde sperantes. Tâ nihil non modo excessum, sed quodlibet etiam minimum incrementum supra sortem reicit.*

V. Hanc eandem usurae sententiam tradunt Patres omnes. Tertullianus *Lib. II.* ad verendum Marcionem cap. xvii. dicit fenore redundantiâ, quod est usura. Nominæ fenoris sortem intelligit. Per verbum *redundantiâ* quodlibet augmentum damnat. S. Ambrosius de Tobia cap. xiv. *Quodcumque sorti accessit, usura est. Quod vellet no-*

*men imponas, usura est.* S. Hieronymus in cap. xviii. Ezech. *Usura est, si ab eo quod dederint, plus acciperint.* S. Augustinus in Psalm. xxxvi. Item. *III. Si tu mutuum pecuniam dederis, a quo aliquid plus quam dedisti, expetere accipere; non pecuniam dederis, sed aliquid plus quam dedisti, sive illud triticum sit, sive vinum, sive oleum, sive quodlibet aliud, si plus quam dedisti, expetere accipere.* Invenitur etiam S. Ioannes Chrysolomus hom. lvi. in Mattii. *Tercero plus quam dedisti, exigit.* Ceteri Patres omnes, & post ipsos Theologi quoque omnes, Canonistæ, & illi hæc eandem usurae notionem perhibent. Si plura cupis, consulte citatum nostrum Commentarium, & opus de *iure divino*, & *naturali circa usuram*, in quo Cl. Auctor, qui in aliis quoque operibus strenue adversus usuram pugnavit, vasta eruditione, & inconcussa doctrina, novum de usura errorem exagitat, & penitus conterit.

VI. Quas hæctenus dedi tum mutui, tum usurae notionem adversus novam de usura erroneam doctrinam, approbat in sua Decretali BENEDICTUS XIV. Pont. Sapientissimus, qui & usuram in mutuo habere iuxta sedem decernit; & lucrum omne, sive parvum, sive magnum, sive a pauperibus, sive a divitibus, sive vi mutui consumptionis, sive mutui negotiationis perceptum, tanquam usuraria labi asperum, damnat. Quam doctrinam insoucensius confirmat idem Pontifex summus in suo insigni opere de Synodo *Lib. VIII. cap. xviii.* Consulto citatum commentarium nostrum in præfata Decretali, ne ego actum agam.

VII. Usurae multiplex accessio, ut iam indicavi *loc. cit.* Ipsius terræ proventus usuram appellat M. Tullius de senect. num. 15. Tercia... nunquam recusat imperium, ne unquam sine usura reddi quod accipit; sed alias minore, plerumque maiore cum fenore. Hinc usura pro fenore usurpat. Fenus vero a levi dicitur: idcirco et Grecis usura vocatur *ρῆμα*, id est partus. Non pauci diverſo in sensu usuram, & fenus accipiunt, sed in præsentia pro eodem usurpat.

VIII. R. P. Franciscus Zech in suo opusculo *Rigor moderatus* pag. 27. scribit, esse indignari iis qui multa ad vocem usurae applicandam insistant, addique: *Scriptores qui diversa vocem significat vel fenore vel explicare voluit, suspensio se reddunt, in his partibus sine suo scrupulo, calumniari non intendimus.* Quod Reverentia Sua columnaria non intendat, pro certo habeo. Sed, missa animi intentione, si rem ipsam intueor, id quod

quod verum non est, mihi basilice imponit. Ego in *Comment. cit. pag. 29. & 30.* Calvinium, Broderlen, alicuius eiusdem furfuris redarguo, quod usuram compensatoriam cum lucratoria confundant, quodque ut usuram moderatam a crimine purgeat, ex Dictionariis Italici, Latini, Græci, & Hebraici verba aucupentur, agglomerent, infarciant, ad usura vocem non explicandam, sed implendam, cavillandamque. Subdit ibidem pag. 28. Professor primarius Ingholdensis, usuram secundum varias significaciones non proedere vitii nomen. Nam lucrum ex mutuo, ratione damni emergens perceptum, usura quidem dicitur; non tamen usura peccatum est. Deinde addit: *Verba hæc sere sunt Dominici Soto, sub cuius clypeo tutus sum, cum eum Beneficium Ordinis a telis Concilianis immunè præfret.* Si Reverentia Vestra, iuxta ac ego, *Ordinis Beneficio* pro asserenda sana morum doctrina, & refellenda Ethicæ laxiore nuntium remississet, oh quam felix, faustique dies consuleret morum cultoribus! An *telis Concilianis* ferendus Soto est, quod venientis lippis & topioribus notam doceat? Tibi, & mihi gratulor, R. P. Zech, quod, salvo caritatis fœdere, his diverſiculis quandoque amice ludamus, quodque tu in Iulianis operibus meis, ut quiddam vellicandum offenderes, apertus in mari, ut Plautino dicto nati, venatus fueris. Hæc levanda animi causa. Ad id quod insat.

IX. Theologi usuram tribunt primo in *proprium*, & *improprium*. *Propria* est quæ contractu mutui percipitur, cum aliquid ultra sortem, tanquam debitum, exigitur. *Impropria*, seu palliata in aliis contractibus includitur; ut in venditione, & emptione, quando ob anticipatam, aut protractam solutionem minuitur, aut augetur pretium. Quando in venditione ultra iustos limites pretium augetur, iniustitia, non utilitas, peccatum perpetratur. Usura palliata, vera, & propria usura est; quemadmodum homo aliena veste, aut larva occultatur, verus homo est, non lecus ac alter qui nudo vultu apparet.

X. Usuram propriam rarius dividunt in *realem*, & *mentalem*. Realis accipi potest vel pro iplo contractu mutuo usurario, vel pro lucro usurario quod ex mutuo sine expresse, sive implicite exigitur. *Mentalis* est voluntas quæ intenditur vi mutui aliquid ultra sortem, tanquam debitum, licet id pacto alterum non exprimat. Dividi etiam solet usura in *lucratoriam*, *compensatoriam*, & *punitivam*. *Lucratoria* est lucrum illud quod vi

folius mutui ultra sortem percipitur. *Compensatoria*, quæ ad dampnum quod patitur creditor, compensandum præter sortem exigitur. *Punitoria* est lucrum quod solvendum imponitur mutuatori moroso, qui nempe ultra tempus constitutum reddere sortem negligit. Sola usura lucratoria est usura proprie dicta, & vitiosa; & communiter hæc sola usura nomine intelligitur. Tamen leges tum civiles, tum canonicæ etiam lucrum perceptum, non vi mutui, sed ex aliis titulis, vocare usuram solent in latiore significatione; & in consensu tollatur, ad idiculi forme terminare stringentes, vel ampliantes; quæ ratione dicitur etiam usura moderata, & immoderata.

XI. Uterius dividunt usuram in *conventionalem*, & *necessariam*. Illa ex pacto seu conventionale debetur; hæc ex mora, videlicet ob dilationem solvendi pretium ex contractu emptionis & venditionis; aut etiam ob dilationem reddendi sortem mutuatium. Sed hæc usura *punitiva*, & *moratoria*, ut dixi supra, etiam appellatur. Alii usuram dividunt etiam in *formalem*, seu expressam apertamque, ex mutuo exactam; & in *virtualis*, seu palliatam, quæ aliis contractibus occultatur. Dividitur etiam in usuram *sortis*, & in usuram *usuræ*. Sors est quod vulgo dicitur *capitale*. Lucrum quod percipitur ex sorte tradita, vocatur usura *sortis*. Usura usura est, quando lucrum ex sorte accepta non solvitur, sed constituitur in capitale, seu in sortem, ut iterum usuram pariat. Lucrum igitur ex lucro usurario perceptum, vocatur usura *usuræ*; & ab Ursipiano dicitur *retorsurum*, quod est inamplissimum scelus.

XII. Tandem apud Romanos ratione quantifatis dividebatur usura in plures gradus. Maxima appellabatur *centesima*, quia in sanguinolentam excrebatur; quam ut singulis mensibus solvatur centesima pars sortis, seu unum in centum, quod integro anno consistebat summam duodecim in centum. Et hæc usura singulorum mensium Calendis solvenda erant. Inferiores usurae erant *decimæ*, quæ constabant undecim de centesima, seu in centum. *Dextantes* decem. *Dovantes* novem. *Bessales* octo. *Sapranes* septem. *Semissiles* sex. *Quirunces* quinque. *Trientes* quatuor. *Quadrantes* tres. *Sextantes* duo. *Unicie*, seu unciarum unum in centum. Aliqui nomine *unicarum* intelligunt centesimam. *As* quippe *unicarum* constabat duodecim uncias. Ceterum usura *unicarum* communiter habentur pro minimis, cum singulis annis obliuiscam centum aureorum uncias aureas solvatur. Si plura cupis, consulte *Ros.*

## CAPUT III.

Omnis usura, parva, & magna, & a quocumque accepta, sive a paupere, sive a divite, divino iure vetita est.

**I.** P<sup>er</sup> scriptura, & luculenta sunt divinae Scripturae testimonia quae omnem usuram absolute damnant. Exod. xxii. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habuit tempus, non angelis eum quasi exactor, nec usuris opprimes. Item Deuteron. cap. xxiii. Non fenerabis pecuniam fratrici tuo, nec quamlibet aliam rem. Rursus Levitici cap. xxv. Pecuniam tuam non dabis ei ad usuram, & frugum superabundantiam non exiges.

**II.** Adeo comperta haec sunt, ut vel ipsi haeretici usurarum patroni fatari cogantur usuram vitam esse, sed a paupere, secus a divite perceptam; cum in recitatis textibus pauperis, non item divitis mentio fiat. Quam cavillationem explodit vel ipse Grotius in cap. xxii. Exodi. Vox pauperis hic non respicitur, sed exempli causa posita est: quia plerumque accidit ut illi magis egeant ipsi divites. Frequentissime divina Scriptura, dum vitia prohibet, personarum meminit in quas eadem perpetrari solent. Exodi cap. xi. Advenam non contristas, neque affliges. Deuteronomii cap. xxv. Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratrici tui, sive advena. Proverbiorum cap. xxiii. Non attingas parvulorum terminos, & agrum pupillorum ne introcas. Ieremie cap. vii. Advena, pupille, & vidua nolite calumniari. Numquid heinc argumentari licet, recensita crimina prohiberi tantum respectu pupillorum, viduarum, & advenarum, quarum mentio fit? Quia frequentius in has personas eiusmodi peccata exercentur, idcirco illarum fit mentio, minime vero quod leges ad illas solas restringantur.

**III.** Verum ut haereticorum ora penitus obstruantur, divina testimonia quae absolute omnem usuram, nulla pauperum aut egentium mentione facta, vetant, in medium adducam. Propheta Regius Psal. xiv. illum in Deitabernaculum ingressurum ait, qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentem non accepit. Luculentius Prophetae Ezechiel vitia recenset a quibus cavere vir iustus debet, inter quae usuram absolute numerat cap. xviii. Vir, si fuerit iustus, &

fecerit iudicium, & iustitiam, in montibus non comederit, & oculos non levaverit ad idola domus Israel; & uxorem proximi sui non violaverit, & ad mulierem menstruatam non accesserit, & hominem non contristaverit; pignus debitoris reddiderit, per vim nihil rapuerit; panem suum esurientem dederit, & nudum operaverit vestimento; ad USURAM non commodaverit, & AMPLIUS non accepit; & ab iniquitate avertit manum suam, & iudicium verum fecerit inter virum & virum; in praecipitis meis ambulavit, & iudicia mea custodivit, ut facta veritatem. Nulla hic pauperis vel egenti mentio. Absolute usura improbat. Idque repetit ibidem describens virum iustum. Quod si genuerit filium latronem effundentem sanguinem, & fecerit unum de istis; & haec quaedam omnia non facientem, sed in montibus comederent, & uxorem proximi sui polluerent, egerunt, & pauperem contristarent, rapientem rapinas, pignus non reddentem, & ad idola levantem oculos suos, abominatorem facientem; ad USURAM dantem, & AMPLIUS accipientem; numquid vivet? ... Cum universa haec detestanda fecerit, morte morietur. Iterum tamquam grave delictum, usuram absolute acceptam detestatur isti. Quod si genuerit filium, qui videns omnia peccata patris sui, quae fecit, timerit, & non fecerit simile eis; super montes non comederit &c. ... usuram, & superabundantiam non accepit ... vita vive. Hoc idem repetit cap. xxii. improperans civitati Hierusalem: Usuram, & superabundantiam accepisti, & auere proximos tuos calumniaberis &c. Dispergam te in nationes &c.

**IV.** Christus Dominus absolute usuras prohibet Luc. vi. Si mortuum dederitis his a quibus speratis accipere, quae gratia est vobis? Nam & peccatores peccatoribus fenerantur, ut recipiant equalia. ... verumtamen diligite inimicos vestros, benefacite, mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces multa, & eritis filii Altissimi quia ipse benignus est super ingratos, & malos. Duo in hoc textu continentur precepta. Unum adfirmans, quod mutuum prescribit: Mutuum date. Hoc mandatum, ut cetera adfirmantia, semper, sed non pro semper obligat. Alterum negans, seu prohibens quamlibet usuram: Nihil inde sperantes. Dominicus Soto Lib. vi. de iust. quest. i. art. 1. docet primo hunc textum illa non polleere efficacitate quae vulgo creditur. R. P. Franciscus Zech in suo cit. Opus. §. 92. bene vertit Soto, quod proflorem Ingollatidensem non

non egerit. Alioquin, subdit, quot exprobrationes agglomeraret P. Concina, quod eiusmodi Auctor unicum evangelicum textum contra usuras eripiat. Nodum in scirpo quaerit P. Zech, occasionalique rixandi, & vituligandi perititer (sit venia verbo) occupatur. Fallitur, fallique lectores, dum scribit unicum evangelicum textum contra usuras Ecclesiae episcopi Soto. Nam, ut adverti in Commentario meo pag. 94. & 95. utique P. Soto a communi interpretatione citati textus primum recedit; sed quasi sui peccati continuo subdit: Præterea illa evangelica sententia subministrat vim argumento per locum a maiori, nempe, quod si Christus consulat ut neque gratuitum donum speremus ab hominibus, quod licite possunt rependere, a fortiori consequitur neque expectandum esse pretium ulus, quod iniustitia vetat. Haec ipsa verba in Commentario retuli. Et nihilolus P. Zech non modo scribere ausus est, Sotum eripere Ecclesiae hunc evangelicum textum; verum etiam in hanc erumpit exclamationem: O si eandem mansuetudinem Fr. Daniel erga alios de Republica Christiana optime meritos viros exhiberet, qualem ostendit erga Dominum Soto, longe aliam faciem, & Auctore Religioso digniorem, praesertim libri Conciniiani. Reterre haec libuit, ut æqui aestimatores verum iudicent, quales sint huius Auctoris & indolet, & arguendi auctentia criminatio est Matth. xxv. Domine, scio quia homo durus est: metis ubi non seminasti, & congregas ubi non passisti: & timens abii, & abscondi talentum tuum in terra. Quom istam excusationem indignanter dominus ferens, illius os obstruit responsione, eundem iustitia digna Luc. xix. De ore tuo te iudico, serve nequam. Sciebas quod ego homo austerus sum, tolens quod non possis, & metens quod non seminavi. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, ut ego veniens cum usuris utique exigissem illam? Duo hic crimina redarguntur. Segnitias servi abscondentis pecuniam in terra, & austeritas domini exigentis quod ei non debetur. Porro, ut avari segnitie confunderetur, reposit. Tu avaram, rapacem, credelimeque austeris dominum tuum? Quare ergo, si honesta negotiatione uti noluisti, ut lucrum istum perciperes, non dedisti pecuniam illius nummularis, ut saltem feneratorio lucro eundem crudelem avaritiam delinires? Hac responsione non usuram Christus probavit, sed servi calumniam persequit, etuldemque dominum non avaram, & feneratorum, sed liberalem declaravit. Si quidem dominus ta-

regnum celorum. Legem Mosaicam usuras prohibere fateatur vel ipsi adversarii Moliæneus, Salmadius, ceterique gregales. Sed hanc legem Christus confirmavit, perfectioque, aereonialisque, & iudicialibus tantum solbati. Quae Moyses ad daritum cordis illius populi permiscerat, ut a liberali repadi, & quae Pharisæi ex malitia invaserant, abrogavit: idque conceptis verbis expressit. Cetera divina legis capita recenset, eaque confirmat, & ad maiorem perfectionem evehit; ut sunt illa de inimicis diligendis, de aliena muliere non aspicienda, de percussione non repercutiendo, & de usura detestanda. Mutuum date, nihil inde sperantes. Legem itaque contra usuram non abulit, sed perfectit. Perfectit, inquam nonnulli, quia illam ad consilium reduxit. Egregia profecto perfectio, quae precepta abrogat, & consilia libera substituit. Perfectio non destruit, fed id quod perficit, ad meliorem statum extollit. Abundaret ne pliaquam Scribarum, & Pharisæorum, iustitia Christianiorum, si isti exercere usuras possent, secus illi? Apagæ inepta commenta.

**VI.** Opponunt parabolas evangelicam qua Christus pigram servum obiurgavit Luc. xix. Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, ut ego veniens cum usuris utique exigissem illam? Ut perpicuus parabole sensus habeatur, legis servi adversus dominum suum audienda criminatio est Matth. xxv. Domine, scio quia homo durus est: metis ubi non seminasti, & congregas ubi non passisti: & timens abii, & abscondi talentum tuum in terra. Quom istam excusationem indignanter dominus ferens, illius os obstruit responsione, eundem iustitia digna Luc. xix. De ore tuo te iudico, serve nequam. Sciebas quod ego homo austerus sum, tolens quod non possis, & metens quod non seminavi. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, ut ego veniens cum usuris utique exigissem illam? Duo hic crimina redarguntur. Segnitias servi abscondentis pecuniam in terra, & austeritas domini exigentis quod ei non debetur. Porro, ut avari segnitie confunderetur, reposit. Tu avaram, rapacem, credelimeque austeris dominum tuum? Quare ergo, si honesta negotiatione uti noluisti, ut lucrum istum perciperes, non dedisti pecuniam illius nummularis, ut saltem feneratorio lucro eundem crudelem avaritiam delinires? Hac responsione non usuram Christus probavit, sed servi calumniam persequit, etuldemque dominum non avaram, & feneratorum, sed liberalem declaravit. Si quidem dominus ta-

lentum pigro seruo tradidit, non sibi rellitur...

VII. Oblicunt ex veteri testamento Deuter XXIII. Non fenerabis fratri tuo ad usuram pecuniam...

III. S. Gregorius Nyssenus hom. iv. in Ecclie. Improbum feneratoris inuentum qui latrocinium, & parricidium nominauerit...

CAPUT IV.

Traditione sanctorum Patrum, Conciliorum, & omnium Theologorum eadem veritas confirmatur.

I. T Natus essem, si omnia SS. Patrum testimonium transcribere aduersus usuram vellem.

lianus Lib. IV. cont. Marc. cap. xvii. hanc scribit. Hic nunc de fenore, cum inuenitur...

VI. Doctrinam hanc confirmat Basilius homil. in illud Luc. Destrum &c. ubi hac habet. Petri omnia in auri naturam exoptas...

VII. Tandem homil. in Psalm. xav. ex infinitato usuram, & feneratorum pretextus omnes mirum in modum labefactat.

IV. Sed lauculentum novissimum errorum eorum qui negant pecunie fertilitatem, convellit orat. contr. fenerator. his verbis. Nullus conatur ea que sunt preter naturam, & impossibilia.

V. S. Basilius, eiusdem S. Gregori Nysseni frater, fenus, & feneratoris pro illa que pollebat supra ceteros Patres, eloquentia undique

digne exagitat. Pecunia fertilitatem & ipe feneratoribus improperat. Item in famem & sitim his verbis. Delo gravissimum fenorem...

VI. Tandem homil. in Psalm. xav. ex infinitato usuram, & feneratorum pretextus omnes mirum in modum labefactat.

VII. Tandem homil. in Psalm. xav. ex infinitato usuram, & feneratorum pretextus omnes mirum in modum labefactat. Primum omnium usure notionem perhibet.

rum factores fucare usuram student. Recent eloquentissimus Pater omnes usuram exelas tum a pauperibus, tum a divitiis nobilibus...

VIII. S. Ambrosius Lib. de Tobia cap. vii. non fecus ac S. Basilius; usuram omnem ex latere insectatur. Nihil nequius feneratoribus, qui aliena damna sua sacra arbitrantur...

IX. S. Iuannes Chrysolomus hom. xii. in cap. xviii. Genes. Vide humanitatem Domini. In lesibilibus pecuniam prohibuit ne quis usuram acciperet.

nem. Proinde ab initio olim Iudeis crassioribus rale dedit preceptum, dicens: Non feneratoris fratri tuo, & proximo tuo. Quia igitur executione digni erunt qui Iudeis sunt inhumaniores, & post gratiam, & tantam a Domino benigne tamen, inveniuntur iis qui sub lege fuerunt, inferiores, immo peiores?

X. Autho operis imperfecti homil. xii. in cap. v. Matth. Iubet nos Christus mutuum dare pecuniam, non tamen sub usuris: quia qui sub usuris mutuum dat, in prima quidem facie sua videtur dare, revera autem non sua dat, sed alterius tollit. Nam videtur quidem necessitati succurrere, revera tamen in matrem mittit necessitatem. De uno vinculo solvit, & multis vinculis alligat, & hoc propter proprium lucrum. Similis enim est pecunia usuraria apudis morsus. Sicut enim qui ab aspide percussus, quasi delectatus vadit in somnum, & sic per suavitatem soporis moritur; ita & qui accipit sub usuris, pro tempore delectatur, quasi qui beneficium accepit, & sic per suavitatem beneficii non sentit quomodo captivus efficitur. Nam sicut venenum apudis latenter per omnia membra discurrit, & corrumpit; sic usura per omnes facultates eius discurrit, & convertit eas in debitum. Sicut enim fermentum modicum quod mittitur in multam farinam, totam conspersorem corrumpit, & trahit illam, & fecit totum fermentum; sic cum usura domum alienius intraverit, totam substantiam eius ad se trahit, & convertit in debitum.

XI. S. Hieronymus Lib. VI. Comment. in cap. xviii. Ezechiel. In Hebraico constitutum specierum usura prohibetur: in Septuaginta tantum pecunia, iuxta quod & in xiv. Psalmi scriptum est: Qui pecuniam suam ad usuram non dedit. Sed vide profectum. In principio legis a fratribus tantum fenus tollitur. In Propheta ab omnibus usura prohibetur, dicens Ezechiel: Pecuniam suam non dedit ad usuram. Porro in Evangelio virtutis angustiam est precipiente Domino: Feneratorum hiis a quibus non sperat accipere. Sequitur in terriorum loco. Et amplius non accipiet. Putant quidam usuram tantum esse in pecunia: quod providens Scripura divina omnis res auferit superabundantiam, ut plus non recipias quam dedisti. Solent in agris frumentum, in illis, vini, olei, ceterarumque specierum usura existit, sive, ut appellat sermo dicitur, superabundantie, v. g. ut hiemis tempore deo non decem modios, & in messe recipiamus quindecim, hoc est amplius partem medietatis: qui iustissimus separaverit, quartam plus recipiet portionem: & solent argumentari ac

dicere: Dedit unum modium, qui satis fecit decem modios: nonne iustum est ut unum modium de meo plus accipiam, cum ille mea liberalitate noverit? & sensus de meo habet? Nolite, errare, inquit, apud solus, Deus non iridetur. Respondent enim nobis breviter fenerator misericors, utrum habenti dederit, an non habenti. Si habenti, atque dare non debuerat; sed dedit quasi non habenti. Ergo quare plus exigit, quasi ab habenti? Illi pro pecunia fenestrata solum manifesta accipere diversis generis; & non intelligunt usuram appellari, & superabundantiam, quicquid illud est, si ab eo quod dederint, plus accipierit.

XII. S. Augustinus in Psalm. xxxvi. Item. lxi. Nolo fctis fenerator; ideo nolo, quia Deus non vult. Nam si ego nolui, & Deus vult, agit. Si autem Deus non vult, etiam si ego vellem, malo suo ageret qui agit. Unde apparuit hoc Deum velle? Dicitur est alio loco. Qui pecuniam suam non dedit ad usuram. Et quam detestabile sit, quam odiosum, quam execrandum, puto quia & ipsi feneratoris noverunt. Si feneratoris homini, id est mutuum pecuniam tuam dederis, a quo aliquid plus quam dedisti species accipere, non pecuniam solum, sed aliquid plus quam dedisti, sive illud triticum sit, sive vinum, sive oleum, sive quodlibet aliud, si plus quam dedisti, species accipere, fenerator est, & in hoc improbandus, non laudandus. Lege eundem in Psalm. cxviii.

XIII. Adeo luculenta sunt hae Patrum sanctorum testimonia, ut vel ipsi, inter haereticos usurarum patronos, doctores, & Salmastius, Barbeyracus, aliique fatenti cogantur, Patres usuras improbasse. Sed Patrum auctoritatem nihili faciendam esse blaterant. Nos vero Catholici, ea quae patet esse veritatem suscipientes sentia illorum quos constituit Deus regere Ecclesiam suam, iuxta haereticorum velania, usuram omnem cum iisdem Patribus execramur. Patribus enim accedunt Concilia, & Theologi omnes, qui dogma adversus usuram unanimes consensu propugnant. Illorum pauca perstringam.

XIV. Canones qui appellantur Apostolici, usuras damnant can. xiv. Item Concilium Eliberitanum can. xx. Nicenum can. xvii. Carthaginense I. can. xlii. Arelatense II. can. xiv. Totonense can. xlii. Trullanum, dictum Quini-seximum, can. x. Lateranense generale II. sub Innocentio II. can. xlii. Lateranense generale III. can. xxv. Turonense, cui praesuit Alexander III. conf. 2. Lateranense generale IV. sub Innocentio III. cap. iv. Lugdunense generale II. can. xxvi. & xxvii.

Vicium

Viennense generale Lib. V. tit. G. cap. unic. Lateranense generale V. sub Leone X.

XV. Summi Pontifices in hanc eandem concedunt sententiam. S. Leo, Gregorius Magnus, Leo IV. in propriis operibus usuras damnant. Alexander III. in Concilio Lateranensi III. can. xxv. & plura alia decreta edidit contra usuras, quae inserta sunt Lib. V. Decretal. Urbanus III. can. Consuluit. Innocentius III. can. Quam perniciosa extra de usuris, & cap. Post miserabilem. Gregorius IX. cap. Naviganti. Clemens IV. in epist. ad Episcopum Aretatensem. Gregorius X. cap. Usuratum, & cap. Quamquam de usuris. Bonifacius VIII. cap. Usuram. Martinus V. cap. Regimini, & Pius V. constituit. In eam quoque no. S. Sixtus V. constituit. Detestabilis. Alexander VII. & Innocentius XI. in prop. dam.

XVI. Theologi qui Scholastici nuncupantur, unanimes consensu, & omni ambiguitate sublata, usuras omnes damnant; & contrariae opinioni haereticos notam communiter inurunt. Consensus unanimes Theologorum priorum temporum doctrinam luculenter patefacit, quia nemo unus alterum aculeavit, quod doctrinam novam contra usuras inverterit. Siluissent ne omnes, si illorum unus quidquam in controversia adeo gravi populo, & odiosa innovasset?

XVII. Quid quod vel ipsi civiles leges ab ipsis Ethnicis late, fenora, tamquam civili societati, & commercio perniciosa, insectantur? Marcus Cato Lib. de re rustica in proem, hae scribit. Maioris nostri sic habuerunt, & ita in legibus posterum furem an. pli. condempnam. feneratorum quatuor op. re. Quanto peiorum circum existimantur feneratorum quam furem, hinc licet existimare. Cornelius Tacitus Lib. V. Annalium. Sane vetus urbi fenebre malum, & seditionum ac discordiarum causa creberrima, eaque cohibebatur antiquis quoque, & minus corruptis moribus. Nam primo XII. Tabulis sancitum est, ne quis unciario fenore amplius exccret, cum antea ex libidine locupletum ageretur: dein rogatione Tribunitia ad semivncias redacta: postremo vetita usura, multumque Plebis scitis obviam itum fraudibus, quae toties repressa miras per artes rursus oriebantur. Artes, colores, & fucos etiam ethnici Romani, non secus ac in praesens, allegabant, quibus fenora honestarent. Genuinus Tribunus plebis legem rogavit quae fenora omnia iussit. Idem praesitit & Caesar. Sed prevalente avaritia, cum evellere tante gravitatis radicem omnino non poterint, dato tempore fenebre pestem latis legibus

coeruerunt. Imperatores ipsi christiani leges permittentes fenora ad peiora vitanda mala interdum tulerunt, ut advertit Augustinus epist. liv. ad Macedonium, & S. Thomas mas 2. 2. quae. lxxviii. art. 1. ad 6. Imperator Basiliius Macedo singulari constitutione et finibus imperii usuram quamlibet eliminavit. Sed eius filius Leo Imperator, dictus sapiens, hominum malitia victus, iterum usuras permittere coactus fuit. Innumera alia documenta praeterea ad prolixitatem vitandam.

## CAPUT V.

Usure iniustitia iure naturali demonstratur.

I. AD iuris naturae tribunal controversae siam hanc revocant usurarum Patroni. Documenta quae ex iure divino in medium attulimus, magnam praeter vim contra fenora, vel ipsi fatenti coguntur, ne occurrere in meride videantur. Ad naturae lumine hae interpretanda subdunt, non clausis mentis oculis suspicienda: nec enim divines leges rationi adversantur humane. Videndum itaque, inquit, primum omnium, quid ratio naturalis dicat circa usuram, ut hinc arri germana sacrorum textuum sententia possint. Porro adeo nostris tandem quorum chorum ducit Broederfen, cum aliter, ratione a naturae iure arectissas, quae moderati fenoris honestatem evincunt, ut nulla elidi repositione queant. Quo posito, inferunt iuxta illius naturae iuris praescriptum divina expellenda esse oracula. Hae loquem figunt, sibi quae victorias, & parnas suavissime canunt.

II. Primum usurae pravitate cum naturali iure pugnant offensa, pauca praefata lubet. Ac primum, unde habent fenoris patroni, nihil omnino, nisi quae iuris naturae sunt, Christum in lege evangelica confirmasse. Indissolubile matrimonium, consummatum inter fideles, Christum voluit. Et tamen naturae iure indissolubile semper non est; cum dirimi possit, quoties indissolubile coniugium unus, altero repugnant, fidem Christi amplectitur. Polygamia evangelica lege vetita est; quamvis Theologi dispensant, licet non illa antiquis Patribus naturae lege, aut Dei dispensatione. Quidni & fenus interdicti potuit, tametsi licitum naturae iure esset? Verum, ut ad incitas istos feneratorum patronos redigam, tamquam certum constituo. Christum Domini

nium nullum veteris legis morale præcedit confirmatio, quod non sit nature iure præscriptum, aut vetitum. Quid inde? Propterea ne solius nature ratione metienda sunt mandata divina? Propterea ne in sola ratione humana quaerenda divina lex est? Sedebit ne humana ratio divini verbi index imperatus? Quis hic non videt privatum illum spiritum, quo heretici hodierni Dei revelationem humano iudicio subiciunt? Quem hic non miserabile istorum caecitatis & audacissimæ temeritatis? Legis divinitus indices fieri illos haudquam pudet? Recogitent paululum miseri homines S. Iacobi in eisdem exprobrationem: *Si autem iudicas legem, non es scilicet legis, sed index. Unus est legislator, & index. cap. iv.*

III. Verum non modo privatum Lutherianorum spiritum promovet usurarum defensores, dum divinam legem contra usuras solius rationis humane examini subdunt, sed Pelagianismum quoque in scenam reducunt. Alterum enim asserant, necessum est. Aut negent oportet dogma catholicum de peccato originali; aut lateantur necesse est, ipsam humanam mentem, obcuratam naturæ lucem, extenuatas eiusdem vires. Porro si obvoluta ignorantie caligine humana ratio est, indiget profecto caelesti lumine, quo cognoscere vel ipsius naturalis iuris præcepta evidenter possit. Quid quod, si integer etiam silens naturæ vires, adhuc divine revelationi subicienda humana ratio ellet? Inferiora enim, non e contrario debent. Et usurarum fautores eo extollunt humanam mentem, primi peccati vulneribus laetantiam, & undique tenebris circumfusi, ut hac vel ipsa divina oracula mesiti, si quæ subdere examini audeant? Dum talia obtrudere illos non pudet, ipsi læta patefaciant quam acuta sit istorum mentis ætas, & quam robusta naturæ vis, istorum hallucinationem iam pridem expulsi. S. Thomas I. P. quæst. i. art. 1. *Ad ea etiam que de Deo ratione humana investigari possunt, necessarium fuit hominem instrui revelatione divina, quia veritas de Deo per rationem investigata, a paucis, & per longum tempus, & cum admixtione multorum errorum homini proveniret. Que hæcenus de sola ulure honestate, & pravitate innumera, & in utraque partem pugnantia commenta homines excogitarunt, luculentius patefaciunt humanæ mentis imbecillitatem in illius assequenda natura. Si naturale lumen ita evidenter ostendit moderatæ uluræ honestatem,*

ut iuxta eisdem dictata interpretanda sint Scripturæ divine; cur homines de ulura disputantes, eodem perfidii lumine, tam acriter mutuo belligerant? Neque eo hæc perit, ut rationis naturalis usum reiciant, sed ut evincant, humanam rationem divine auctoritatis, non e contra auctoritatem rationis subiciendam esse. Ceterum, ne rationis naturalis tribunal, ad quod appellant adversarii, reformidare videamur, ad hoc ipsum tribunal perorandam causam nostram revocamus.

IV. Et ut in ipso disputationis limine pudore adversarii tangantur, audiant ipsorum Aristotelem contra fenebrem artem solius nature ratione disputantem Lib. I. de Rep. cap. x. ubi hæc scribit. *Illis autem qui in permutatione nummi consistit, merito atque perituræ non enim nature consentanea est, sed in ea alter ab altero lucrum accipiuntur. Optima ratione omnibus in edio est ratio Fenebrix, quæ ab ipso nummo quæstus fiat, & non ad quam rem paratus est, usque perit; permutationis enim causa natura est. Fenus autem eum auget, & multiplicat: unde etiam nomen hoc invenit. Similia enim facta ea que parantur, ita que gignunt, & procreant. In fenore autem pecunia pecunie partur, & fetus est. Quare maxime omnium quaerenda pecunie rationem abhorret hæc a natura.*

V. Seneca Lib. de Benef. cap. x. hæc scribit. *Quid fenus, & kalendavium, & usura, nisi humano cupiditatis extra naturam quæstio nominata? ... Quid sunt iste tabule, quid computationes, & venalis tempus, & sanguinolenta centesima? Pollicitaria mala ex constitutione nostra pendentes, in quibus nihil est quod subiciat oculis, quod tenari manu possit, tantis ævaritæ somnia.*

VI. S. Thomas, cui in iuris naturalis principis, & eorundem consecratis exponendis parem vidi neminem, quin in eius conspectu iniuriæ usurarum patroni, qui ad iuris naturæ forum hæc causam tradendam buccinant, nocturæ coram sole mihi videntur, rationem a iure natura accedant contra usuræ iniustitiam promit ineluctabilem, 2. 2. quæst. lxxviii. artic. 1. *Dicendum, quod accipere usuram pro pecunia mutata est secundum se iniustum: quia venditur id quod non est: per quod manifeste inæqualitas constituitur, quæ iustitiæ contrariatur.*

Ad cuius evidentiam sciendum est, quod quædam res sunt quarum usus est ipsarum rerum consumptio; sicut vinum consumimus, eo utendo ad potum, & triticum consumimus, eo utendo ad cibum, Unde in talibus non debet

bet seorsum computari usus rei a re ipsa; sed mutuum conceditur usus, ex hoc ipso conceditur res. Et propter hoc in talibus permutatio transfertur dominium. Si quis ergo seorsum vellet vendere vinum, & vellet seorsum vendere vinum vini, venderet eandem res bis, vel venderet id quod non est. Unde manifeste per iniustitiam peccat. Et simili ratione iniustitiam committit qui mutuat vinum, aut triticum, petens sibi dari duas compensationes: unam quidem restitutionem æqualis rei; aliam vero pretium usus, quod usura dicitur.

Quædam vero sunt quorum usus non est ipsa rei consumptio, sicut usus domus est inhabitatio, non dissipatio. Et ideo in talibus seorsum potest utrumque concedi; patet enim aliquis tradit alteri dominium domus, restitutum sibi usum, aliquid tamen, vel e contrario, cum quis concedit alicui usum domus, reservato sibi eius dominio. Et propter hoc licite potest homo accipere pretium pro usu domus, & proter hoc potest domum accommodatam; sed patet in conductione, & locatione domus.

Pecunia autem, secundum Philosophum in P. Ethic. ... & in I. Polit. ... principaliter est inventa ad commutationes faciendas; & ita proprius, & principalis pecunie usus est ipsius consumptio, sive distractio, secundum quod in commutatione expenditur. Et propter hoc secundum se est illicitum pro usu pecunie mutuatæ accipere pretium, quod dicitur usura. Et si quis alia iniuste acquisita tenetur homo restituere, ita pecuniam quam per usuram accepit.

VII. Hæc sola ratio evidenter concludit fenebris iniustitiam naturalem, & omnia que opponi sophistimata solent, scriptis in fumum reddunt. In quolibet atque contractu, si quidpiam exigatur ultra iustum pretium, iniustitia lædatur. Porro dum in mutuo quidpiam habere sortem exigis, iustum pretium excedit. Ergo iniustitia læta manet. Sermo est de mutuo, præcisus omnibus aliis titulis, damni emergentis, periculi &c. de quibus omnibus infra sermo erit. Ut vero hæc S. Thomæ rationem pleno in lumine collocem, ea quæ obicit ad adversarios solent, ipsius S. Thomæ verba diluere iuvat. Nihil enim hæcenus excogitavit Calvinus, Molinæus, Salmasius, Broderfen, ceterique usurarum patroni, quod penitus non labelactaverit Doctor Angelicus, ut evidenter demonstravi in opere incognito, *Esposizione del Dogma che la Chiesa Romana &c. Lib. II. cap. v. Que ibi sulo sermone expulsi, paucis hic perstringam.*

VIII. Opponent 1. Usus pecunie ratio rellimabilis est; ergo moderati lucri exactio pro pecunie ulura iustitiam non lædit. An non licet pro ulu domi, equi, agri pretium exigere? Quidam & pro pecunie ulura? Hocophilina, quod iam supra in excerpta doctrina diluit Angelicus, iterum sibi obicit in discept. quæst. xxi. de mal. arc. 4. num. 4. his verbis. *Sicut homo habet dominium sui domus, aut equi; ita etiam habet dominium sui pecunie. Sed homo potest locare domum suam, aut equum pro pretio. Ergo pari ratione potest homo accipere pretium pro pecunie quam mutuat.*

IX. Respondet. *Ad quantum dicendum, quod quidam dicunt, quod domus, & equus deterioratur per usum; & ideo pro recompensatione potest aliquid accipi: pecunia autem non deterioratur. Sed ista ratio nulla est. Quia secundum hoc aliquis non potest licite accipere maius pretium pro domo sua locata, quam domus ulla deterioratur. Est ergo dicendum, quod venditur ipse usus domus licite, non autem pecunie propter rationem supra dictam: nempe in corpore illius articuli, ubi hæc habet. Quædam vero res sunt quarum usus non est consumptio substantiæ ipsarum; sicut usus domus est inhabitatio. Non est autem de ratione inhabitantis quod domus diratur. ... Et idem dicendum est de equo; & velle, & de aliis huiusmodi. Quia ergo huiusmodi res non consumuntur per usum, per se loquendo; ideo seorsum potest concedi, aut vendi aut res ipsa, aut usus, aut utrumque. ... Sed in illis rebus quarum usus non est res. Unde cumque conceditur usus talium rerum, conceditur etiam & ipsarum rerum dominium, & e converso. Cuius ergo aliquis pecuniam mutuat sub hoc pacto quod restitatur sibi pecunia integra, & ulterius pro usu pecunie vult certum pretium habere; manifestum est quod vendit seorsum usum pecunie; & ipsam pecuniam substantiam. Usus autem pecunie, ut dictum est, non est aliud quam eius substantia. Unde qui vendit id quod non est, vel vendit idem bis, ipsam scilicet pecuniam, cuius usus est consumptio eius: & hoc est manifeste contrarietatem iustitiæ naturalis. Unde mutuatæ pecuniam pro usura est secundum se peccatum mortale. Hæc S. Thomæ doctrina omnium istorum assensu probatur, etque natura sua inconcussa. Cedo. Si locari pecunia, quemadmodum domus, equus, ager potest; cur, sicut hæc omnia inque locantur pauperibus, locari illis posse pecuniam adversariis negant?*

X. Opponunt 2. Usura moderata, a divitiis percepta, commodum & utilitatem adfert tam mutuatorio, quam mutuatorio. Ergo licita. Hoc argumentum, quod est adversarium propugnaculum, sibi opponit S. Thomas 2. 2. quæst. lxxviii. art. 2. num. 2. *Umsquisque tenetur ex quodam debito honoris aliquid recompenfare ei qui sibi gratiam facit. . . . Sed ille qui alieni in necessitate constituto pecuniam mutat, gratiam facit: unde & gratiarum actio ei debetur. Ergo ille qui recipit, tenetur naturali debito aliquid recompenfare. Sed non videtur illicitum obligare se ad aliquid ad quod esse naturali iure tenetur. Ergo non videtur esse illicitum, si aliquis pecuniam alteri mutans in obligationem deducat aliquam recompenstationem. Efficacius ne urgeri argumenta- tio hac poterat? Hoc idem argumentum sibi obicit in *III. disp. xxxvii. art. 6. num. 2. Item in *III. quæst. xlii. de mal. art. 4. num. 5.* Verba transferre omitto brevitas causa.**

XI. Respondet. *Ad secundum dicendum, quod recompenfario alicuius beneficii dupliciter fieri potest. Uno quidem modo ex debito iustitiae, ad quod aliquis ex certo pacto obligari potest; & hoc debitum attenditur secundum quantitatem beneficii quod quis accepit. Et ideo ille qui accepit mutuum pecunie, vel similesimque similis rei cuius usus est ipsa consumptio, non tenetur ad plus recompenfandum quam mutuo accepit. Unde contra iustitiam est, si ad plus reddendum obligetur. Alio modo tenetur aliquis ad recompenfandum beneficium ex debito amicitiae, in quo magis consideratur affectus, ex quo aliquis beneficium contulit, quam etiam quantitas eius, quod fecit: & tali debito non competit citius obligatio, per quam inducatur quaedam necessitas, ut non spontanea recompenfatio fiat. Legantur responsa que exhibet lex, etiam in *Sent. tum in *Disput. Inde enim quisque colligit, nihil ad adversariis nunc obtrudi quod in antecessum labefactum non fuerit a Doctore Angelico.***

XII. Opponunt 3. Alienatio pecunie est officium pretio inestimabile. Qui autem pecuniam mutatam dat, eandem alienat. Ergo ex pecunia mutuata pretium exigere potest. Hanc quoque difficultatem sibi obicit S. Thomas 2. 2. quæst. lxxviii. art. 2. num. 5. his verbis. *Magis a se pecuniam alienat qui eam mutando dominium transfert, quam qui eam mercatori, vel artifice committit. Sed licet lucrum accipere de pecunia commissa mercatori, vel artifice. Ergo li-*

cet etiam accipere de pecunia mutuata.

XIII. Responso quam exhibet, non modo errorem confutat qui pugnat cum dogmate adversus usuras, verum etiam alias laxas opiniones convellit. Inquit ergo: *Ad quintum dicendum, quod ille qui mutat pecuniam, transfert dominium pecunie in eum qui mutat. Unde ille cui pecunia mutatur, sub suo periculo tenet eam; & tenetur eam restituere integre; unde non debet amplius exigere ille qui mutuavit. Sed ille qui committit pecuniam suam mercatori, vel artifice per modum societatis cuiusdam, non transfert dominium pecunie sue in illum, sed remanet eius, ita quod cum periculo ipsius mercator de ea negotiatur, vel artifice operator. Et ideo sic licite potest partem lucri in eis provenientis expectare, tanquam de re sua. Duo hic sumopere percipienda, que fructiferum efficiunt pecuniam, nempe vel industria, vel pericula: quia natura sua sterilis est.*

XIV. Opponunt 4. Tametsi pecunia natura sua sterilis sit, æquivalere tamen rei frugifere. Nam pecunia emittit prædia, domus, & alia, que fructum parant. Nec campus parturit pecuniam, seu aurum, argentumque; sed quia parit fructus, ex quo primum venditione pecunia colligitur, frugifer dicitur. Similiter licet pecunia non pariat pecuniam, quia tamen pecunia comparatur rei frugifere, dicenda & illa secunda, non secus ac campi, domus, & equi &c.

XV. Nugæ hæc sunt, & logi. Tangi pudore adversarii debent, tam inepta opponentes. Mutuarius accepta pecunia merces, campos, & quidquid illi libuerit, emere valet. Cur? Quia est pecunia dominus: quia, inquit Angelicus, pecunia dominium in eundem translaturum est. Cedo. Si prædium emptum, pecunia mutuata evictum evadat, aut fluvio absorbeat, si domus igne comburatur, si equus, si ceteræ merces empte pereant, cui, quæstio, periculum? Nonne mutuatorio? Mutuatori vero integra non pecunia mutuo tradita, restituenda est. Edisserant nobis isti, qui plebquam thralonica iactatione obestant iuris naturalis peritiam eo ipso tempore que eis eandem expertes præferant, edisserant, quodnam ius naturale præscribat ut qui non sentit damnum, experti commodum debeat? Omnia mutuatorio perent, & pecunia mutuata, & quidquid eadem pecunia emittit. Nullom iactura illius incommodum subire vult mutuator. Si vero, obfundante fortuna, debitor lucratur, illius lucri partem sibi vindicare mutans audeat? Quod-

nam

nam ius nature, quemam æquitas hoc permittit?

XVI. Opponunt 5. Liciti sunt census reales. Ergo etiam census mutuatici. Quodnam enim inter utrumque contractum discrimen? Non profecto aliud, nisi quod maior in illo quam in hoc securitas? Resp. Non credebam sophistica illud ab aliquo Catholicorum obiectandum fore. Quodquidem probat Ecclesia census reales ad suarum constitutionem normam celebratos; damnat vero pensionem ex pecunie mutatione perceptam. Si hi duo contractus non discrepant, alterutrum necessarium est. Aut errat Ecclesia census reales probando; aut errat, dum moderatas usuras improbat. Ecclesia nec falli, nec fallere valet, five dum probat census reales, five dum damnat moderatas usuras. Ergo evidens est inter utrumque contractum discrimen vi argumentationis factæ. Ceterum alia ex parte diversitas utriusque contractus adeo manifesta est, ut mirum sit, auctores adversarios tam disparem paritatem obicere potuisse. Census quippe realis, ab Ecclesia probatus, est contractus venditionis, & emptionis alicuius determinati fundi frugiferi. Si fundus obnoxius pensioni solvendæ perit, ipsi creditori, seu emptori perit, quando abest venditoris culpa. Emit quippe talem fundum, cuius ulum locat venditori. Vi emptionis dominus evadit qui pecuniam solvit; & iure eidem fundus aut perit, aut parit fructus. Contra in contractu mutui, qui pecuniam credit, dominium amittit, illudque acquirit mutuarius, cui reipsa perit, aut lucrum parit pecunia. Quis non videt, si cæcus profusus non sit, inter utrumque contractum discrimen? Vel ipse *Ioannes Brentius*, Lutherana factionis secundum Lutherum facile Princeps, diris utramquam libet etiam minimam devotus homin. *lx. Tomo vero I. in cap. xliii. Deuteronomii* assignat discrimen inter censum & mutuum. Illius verba dedi in opere inscripto, *Usura contractus trini &c. Append. 2. §. 3. num. 3.*

XVII. Opponunt 6. Quamquam in mutuo alienetur dominium in corpora numerorum, non tamen alienatur dominium quantitatis eorundem: tantumdem quippe restituere debitor tenetur. Porro in hanc quantitatem dominium mutuator retinet. Idcirco locare pecuniam, quemadmodum domum valet: & lucri partem, quam debitor ex accepta pecunia indidicitur, iure exigere creditor potest.

XVIII. Resp. Futilitas sophismatis iam in-

ter disputandum detesta fuit. Quia autem adversarii hoc, commentum dixerunt, an desirium, repetere, & magnificare nullo sibi pendio censurati. Quodnam sibi vanillimum, patet. Et primum distinctio quantitatis a corpore quanto, si in metaphysica abstractione locum habere valet, imperitura deridenda te exhibet. Quantitas ne, abstracta per mentem a corpore quanto, est illa que locatur? Hoc ius quod creditor habet ad exigendum tantumdem illius quod dedit, est locationis, & conductionis materies? Felices creditores, si hæc doctrina Salmasiana consisteret. Dum exigere sua credita nequeunt, ius, five actionem quam habent ad eandem exigenda, locare poterunt. Quis umquam talia somniavit deliria? Non iura ad res aliquendas, sed res ipse materia sunt locationis, & conductionis. Si quid in mutuo locari posset, numerorum corpora, que solo usu deservunt, materia essent locationis. At corpora illa alienatur etiam quantum ad dominium, teste Salmasio, & ceteris usurae patronis. Ergo nihil in mutuo locationi subiacet. Actio quippe, seu ius ad tantumdem repetendum vendi quidem potest, locari vero nequit: nemoque, nisi demens & plane stultus, eiusmodi steriles actiones locandas proponere valet.

XIX. Colligas heinc, quomodo duo que constituit S. Thomas, principia, quibus mutui naturam expendit, nempe rei mutualitatis consumptio, & eiusdem dominii translatio, in fumum amandem omnia que ab adversariis opponi in favorem usurae solent. Ex quo enim vinum, frumentum, pecunia utriusque consumuntur, illa quidem physice, hæc civiliter, seu moraliter sterilia profusus sunt creditori, solaque industria accipientis secundæ evadunt, ut iam dictum est. Confirmare lubet exemplo fati communi, sed efficaæ doctrinam hanc. Latro ingentem pecuniæ summam diviti rapit. Eadem aut prædium, aut merces emit ad negotiandum. Tam ex prædium, quam ex negotiatione fructus, & lucrum asequitur. Cuius sunt fructus isti, & lucra? Domini, qui sublatâ pecunia isti an latronis? Omnes iuris interpretes, nullo excepto, docent, forem teneri ad pecuniæ rapte restitutionem, & compensationem, si quid damni passus creditor fuerit; ceterum non fructus, & lucra omnia que latro pecuniæ negotiatione, seu industria sua comparavit, eiusdem latronis esse, uno ore fatentur omnes. Contra, si quis prædium, animalia, domum raperet, non modo res, sed fructus omnes quos parere eiusmodi fundi solent, restitu-

di



di essent. Quodnam rationis discrimen? Non sane aliud, nisi quod pecunia natura sua iteris omnino sit, & fructus qui illa comparantur, soli industria illa utentis respondeant; ceterae vero res natura sua secundae sunt, ideoque cum suis fructibus restituenda. Porro si frui reddere domino non debet fructus quos ex pecunia rapta, itaque industria posita collegit; quanto minus ad id mutuatarius astringatur? In iure aliqua ratio apparere videtur vi cuius restituere fructus deberet. Nam pecunie raptae dominum, non penes furent, sed penes creditorem a quo sublata pecunia est, manet. Res autem proprio domino fructificat. Contra in mutuo dominum penes mutuatarium, non penes mutuatorem rediret. Et tamen omnibus latentibus per nullo modo tenetur reddere fructus quos pecunia rapta acquisivit. Ergo multo minus eisdem, siue eorumdem partem reddere mutuatarius debet creditori suo.

XX. Obiciunt 7. Usura moderata utilis est Republicae. Ea sublata, concidunt commercia, mundant, omnia turbantur. Pecuniosi homines gratis mutuari recusant. Tor mercatores, tor artifices negotia sua agere abique pecunia mutuatari nequeant. Tolle moderatas usuras, & negotia sustulisti.

XXI. Responderetur, usurarum patronos vel ipsa prima tum iuris naturalis, ut palam facit, tum evangelice legis elementa in hac controversia ignorare. Republicam comminiscitur Platonem, ab evangelica lege abstraham. Homines considerant ut istius idealis Republicae civilia membra. Ubique bucciantur commercia, mercaturam, divitias, ac si Christus Dominus, non homines redempturus a diaboli captivitate venisset, sed ut celebrare, divitesque mercatores eos efficeret. Quid ergo? An christiana religio humanam dirimit societatem, civilia destruit commercia, mercaturam, & divitias amplificare interdicit? Nequaquam. Immo haec omnia ad aequitatis leges revocant, eorumque usum fibrum, moderatumque homini infirmo, & divitiarum vii laborantem permittit. Expurgantur usurarum patroni, & e tenebris tandem emergunt. Haec tunc palam feci usurae iniquitatem, speculato solo naturae iure, & omni alia circumstantia sublata. Nunc vero aio, quod etiam si usura, omni praecisione facta, liceret, tamen in hoc lapsa, contractaque naturae statu extorsio humanae societati, civileque commercio esset, atque adeo prohibenda foret. Ex peccato originali duo, inter cetera, vulnera gravissima contraxit homo, concupiscentiam carnis, &

divitiarum. Tanto impetu in divitias, quibus omnes suas explet appetitiones, abripitur, ut nullam sibi praesit modum. Finge usuram commodam fuisse homini sano, suarumque cupiditatum abfolito moderatori. Propterea ne homini infirmo, vulnerato, & pecuniarum impotenter sibiundo expedit? Salubris est viro sano vii potus; at veneficus, & mortalis esse potest homini aegrotanti. Audiant isti viri christiani Christi IESU severissimas declamationes in solida desideria discendendi, & thesaurizandi. *De vobis divitibus . . . . . Agite nunc divites, plorate ululantes. Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum caelorum.* Audiant Apollolium Paulum detestantem. *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & in desideria mala mortis, quae mergunt homines in infernum, & perditionem.* Aures iterum arripant intentas. *Radix enim omnium malorum est cupiditas, & quam quidam appetentes erraverunt a fide, & insenserunt se doloribus multis. Tu autem, o homo Dei, hac fuge, scilicet vero iustitiam.* I. ad Timoth. vi.

XXII. Haec Christi documenta, & innumera alia eiusmodi, qua vi conciliari possunt cum principis, cum axiomatis quae continentur esfundunt politici fenoris prognatores? Quid si quae de mercatura Patres docent, in medium afferent? Licitam utrique artem fatentur; sed, hominum cupiditate speclata, tor scopolis obnoxio, & vorticibus, ut qui evitare aeternum naufragium velint, summa illam exercere vigilantia, & moderatione debeant, sublati videlicet usuris, & immoderata thesaurizandi cupiditate coercita. Ad haec prima christiana religionis principia usurarum natura revocanda est, ut heinc colligatur quid hominibus, immansissima auri argenteique sit effluantibus, expedit. Edisserant nobis iuris naturae novi buccinatos. Comprehendunt ne ipsi humani generis infirmitatem, vulnera, plagas?

Leges, ut iusta sint, viribus hominum, qui illas servare debent, consentaneae sint oportet. Nostri ergo politici homines, quid hominum infirmorum ferre humeri valeant ignorant. Bonum commune, & universale Republicae christianae penitus eisdem laet. Ergo manifestam producat audaciam, dum falsi ratiocinatio leges pro hominum regimine, pro commercis, pro mercaturis moderandis statuere non erubescunt. Quid, si homines Europaei leges civiles pro regendis populis Japonensibus, aut Sinesibus ferrent? Quid?

Homi-

Homines, quos subditorum inclinationes, invidiosae, vitioque latent, istidem leges imponere? Porro minus Republicae christianae commune morale bonum callent, minusque laete naturae humanae vires ad honestatis opera exercenda penetrant adversarii nostri, quam Europaei homines Japonensium, aut Sinesium civiles consuetudines. Non ergo quid civili, & imaginariae hominum societati, fed quid Republicae christianae Evangelio subiectae conveniat, expendendum, praevidenturque est, atqueam definiatur, sit ne honesta, an prava usura. Quoniam est utilis & commoda haec foret homini sano; non inde inferri potest, homini infirmo, divitiarum alta flagranti, avaritiae morbo laboranti, eisdem consentaneam fore.

XXIII. Solus itaque Deus qui intimos hominum recessus penetrat, qui propensiones, desideria, occultaque infirmitates comprehendit, legem ferre potest huic infirmorum hominum societati aptam & consentaneam. Et quoniam hominum effrenatam pecuniarum cupiditatem appovit, ideo fenora severe prohibuit. Ad haec divinae legem revocanda sunt ratiocinia humana, scus ad haec insectanda lex ipsa.

Toto calo ergo aberrant adversarii nostri, dum divinae Scripturae testimonia ad solius rationis naturam trutinam indectere audent. Errant, & quidem turpissime: tum quod humanae rationis acies retula est, & densissimis peccati originalis tenebris obducatur: tum quod ignorant penitus quid humanae societati, eisdem peccati lue insectae, expedit, quidve noceat. Numquid qui postea hac usquequaque languent, qui sarumdem tenebrarum caliginem circumflati sunt, eruditi, & opportuni medici pro tanto curando morbo habendi sunt? Conticentiam ergo audaces homines, divinaeque legi, perspicuae fenora improbant, falcis submittant.

XXIV. Sapienter iampridem Innocentius IV. *Rubric. de usuris*, animadvertit. *Licet inveniri forte possit casus ubi iure naturali, quod natura huiusmodi indidit, non esset peccatum usura, tamen propter mala, & pericula quae sequerentur, in omni casu prohibita est.* Fuls mihi habendus sermo esset, si omnia mala quae usura, speclata humane naturae infirmitate, parit recedere vellem. Paucis aliquam pessimum magis obvia, & quae vel ipsi adversarii inficiari naqueant. Negant ipsi a pauperibus exigendas usuras esse, vel ab ipsis divitiis qui necessitate prelli mutuatum petunt. Id repugnare naturae iuri adfirmant. Frequentiores autem sunt eventus in quibus

pauperes quam divites mutuis pecuniis egent. Quis vero diceret, utrum pauperes sint qui petunt, an divites: num ad consumptionem, vel ad amplificandas divitias, & mercaturam augendam mutuum populetur? Mutuatores ab hoc onere leviter inquirendi in aliorum statum, & conditionem ne immanes reputantur. Quin lucrandi cupiditas ab hac sollicitudine facillime eisdem liberat. Quid, invidiosae, scarpillos, & persectitates mihi ingerunt? Meum ne est, persectari familiarium arcana, & hominum negotia? Bona ego fide pecunias mutuas numero, quas commodo, & utilitati accipientium profuturas credo. Qui vero moratum petunt, pandere statum laum resugunt, quin, ut proprii probantibus status vulnera occultent, opulentiam simulant, dum necessitate premitur. Quid dicam de astutanti illa siti qua ardent fenoratores? Hi ne intra confinia moderati lucere coerebent? En in quo detrudantur laqueos miseri homines, dum honesta istidem lenocandi prolesso assentit, & loadetur.

XXV. Mala quae in civilem Republicam usurae invehunt, Patres ipsi, postillimum Basilii, & Ambrosii, uberrima eloquentie vi patefacunt. Narras mihi, inquit Basilii, paucos usuras ditatos, filios vero innumeratos fenore necatos, atque strangulatos. Oculas intendunt fenoratores in tua praedia, subdit Ambrosius: concipiunt te luxuri, convitiis, ludis, luxurie addictum. Quot illis, quot procretae, ac lenonibus ad mutuas pecunias accipendas te pertrahunt, gnari quod paucis annis invadent & praedia, & domos, & patrimonium tuum universum? Quot opulentas familias ad pauperem non redegerunt fenora, nobis videntibus? Communi veluti proverbio circumferunt, ad ruinam declinare hie nobiles, siue mercatores, qui fenore pecunia sua peragere negotia solent. Manifesta itaque experientia patet, perniciosa esse Republicae civili fenora. Quam sint christiana Republicae extorsio, & iustitia, supra ostensum est.

XXVI. Verum, ut huic capiti finem imponam, & omne praeccludam adversarii effugium, ad hie percontor. Si lex evangelicae in viridi esset, si Christiani ad amulum eandem fervarent: necessitate ne usura foret? Mutuum gratuitum & consultum, & praecipua illa. Fidelitatem, sinceritatem, & equitatem in commercis iuberet. Si homines egenibus gratis mutuas pecunias darent, aut si illas ad negotiationem praebent, futuri lucere, vel iacturae participes; si qui has pecunias accipiunt, re ipsa grati mutuatoribus

sponte essent; si luca ex negotiatione inoperta fidelitate summa dividerent cum creditoribus; si nulla essent fraudis, iniustitiae, & infidelitatis pericula; si exacte servaretur evangelica regula, *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*: in hypothese horum omnium egeret ne Republica civilis fenore? Quid hic fecit? Abicit iniquis. Relinquit ergo homines, experientia teste, gratis mutuari, vel pecunias luca mercatorum fidelitati committere; cum sciant fraudes, surta, iniustitias quoquoeverum inundare. Bene, & recte. Sed ex ore tuo te iudico, serve nequam. Admissa evangelicae legis exacta observantia, nulla esset iuramentum necessitas. Ergo quia homines servare legem nolant, ideo lex ad eorum nequitiam detinenda est? Quia homines avari, fraudulenti, veniunt, vatri, & iniqui sunt; ideo honestata fenora, & tamquam Republicae necessaria afferenda? In hanc scopulam sane perniciosissimum impigerunt Casuilarum plurimi. Quin difficultatem operi sunt reformandi humanos mores ad legem assumunt, leges divinas, humanaeque ad hominum mores detorque, & inficere benignitatis obtenta, opere pretium exillimarunt. Haec quoque sunt acutissima ratio quibus usurarium patroni ununt, ut fenora hominum societati accommodent. Plurima alia usura mala, scandala nempe quae religioni christiane parituri (nam vel ipsum Alcoranum fenora exacerat) praeter eo; cum suapte natura manifesta sint. Conferant acuti Broederiani usuras cum mutuo. Gratuitum mutuum & commodum, & necessarium est societati; fenus perniciolium.

XXVII. Tandem, ut paucis perlingam quae BENEDICTUS XIV. in sua Pastoralis Encyclica definitur, referam interpretationem quam ipse Doctissimus Pontifex exhibuit in suo insigni Opere de Synodo Lib. VII. cap. xlvi. pag. 456. n. 10. *Verum quantum tot Doctorum auctoritate, & argumentis minime perterriti, praedictam exoticam rationem nonnulli iterum reficere non dubitarunt, propterea Nos ad Petri Cathedram erecti, ne catholica doctrina puritas, cuius depositum Nobis est a Christo conceditum, hac erroris labe soedaretur, datus ad Italiae Episcopos encyclica litteris sub die prima Novembris 1745, haec inter cetera declaravimus. Primo, omne lucrum ex mutuo, ratione mutui, usurarium, & illicitum esse; secundo, ad usurae labem purgandum nullum excessum posse subsidium vel ex eo quod id lucrum non excessum, & nimium, sed moderatum, non magnum, sed exiguum sit: vel ex eo quod is a quo id lu-*

*crum, solius causa mutui, depositum, non possit, sed dices existat; nec datum sibi mutuo solummodo relictorum otiosum, sed ad fortunae suae amplificandas, vel novis commendis praedit, vel quasi iusto agitando negotio, utilis sine sit impensurum: tertio, quamquam una cum mutui contractu possint quandoque alii iustitiae, ut aiunt, forte concurrere, ipsi mutuo extrinseci, & quibus iusto oritur causa aliquid ultra sortem, ex mutuo debitum, exigendi; atque in falso, & tenere affirmari diximus, eiusmodi titulos semper reperti, ac ubique praesto esse, ita ut illuminatione, quotiescumque pecunia, frumentum, aliquid id generis, alteri cuiusvis creditur, toties semper licet auctarum moderatum, ultra sortem integram, & salvamque recipere. Alia praetera ediximus, atque in contractibus servanda commendavimus (quae in episcopales Synodos attulit in ipsi potiorum) ne usura macula inficiantur; scilicet videre est in praefatis nostris litteris, impressis Tom. I. nostrar. Confus. 12. quas superius theologicis commentariis illustravit Daniel Concina Ord. Praedicator. Theologus.*

## CAPUT VI.

Lutherani Scriptores moderni, usuras moderatas defensores, Lutheri, Bucerii, Brentii, Melancthonis, & Chemnitii auctoritate redarguuntur, tanquam haeretica doctrina propagatores. Quid de quibusdam scitulis qui Calvinistarum luc in hac usurae controversia trinci, pro usuris pugnant?

I. Utherani Scriptores vix libellam in lucem edunt vel de philoosophia, aut algebraicis questionibus, quin contra las iustaque ansam carpenti Catholicos arripiant. Quare mihi vitio non vitare parva diffusio, ab illorum imprudenti dicitate extortita. Continenter blaterones crepant *Papistas, & Pontificios*. Quod dum praestant, tam caeci sunt, ut non videant, le apostatas, desertores, & perduelles detestandos praebere. Exiit ne umquam vera Christi Ecclesia, quin Pontificia fuerit? Inficiuntur, si aulint; Ecclesia vestra Pontificia non est. Apostolica ergo synagoga est; cum vera Christi Ecclesia semper fuerit Pontificia. Ecclesia nostra Pontificia est: ergo hoc ex capite splendida prerogativa insignita fulget. Hinculque argumentatio ineluctabilis est. Num postea illius vere Pontificia Ecclesia, Romaneque, vel vestra utar phrasi, dogma aliquid adulteraverint, quaelio alia nos inter & vos est, alibi dirimenda. Interim certum est Ecclesiam

suam vestram Antipontificiam satana esse conciliabulum. At hoc obiter, & ut palam fiat tuam fit crassa vel in ipsis vocibus quibus nos mordere tentant, illorum incitia, ne dicam stultitia. Sed, ut majori pudore sustuliantur, ad id quod propolui, accedo.

II. Iustus Boehmerus, Franciscus Budaus, Wolfius, Heinecius, ceterique, qui inter Lutheranae factionis nunc emicant, pro usuris moderatis veluti pro aris & focis stilum accunt. Nec pudori sibi verunt in hac gravissima causa terga vertere Beato suo Martino Luthero, semibatis Martino Bucerio, Philippo Melancthoni, Ioanni Brentio, Martino Chemnitio fanelissimae defectionis principillit, ut in Calvinii, Molinari, Salmassi, aliorum, quae Calvinistarum sinum se se recipiant. Ciambabuti forsitan, me haec ad constandam invidiam fingere. Sed meum est, luce meridiana evidenter demonstrare, praefatos apostolos Lutheranae sectae Auctores, & pseudo-apostolos usuras omnes, sive immoderatas, sive moderatas, reicere, & contrarium errorum, tanquam divino, naturalique iuri oppositum, damnare. Hoc est quod demonstrandum affumo.

III. Initium capere a Martino Luthero debent; sed de hoc infra, cum de Martino Chemnitio sermo erit. In nefario schismate Martinus Bucerus Luthero inferior non fuit; sed quo erat illo doctior, atque eruditior recte Calvino, eo fuit scelestior. Is primus omnium novatorum divinam ad versus usuram legem circumvenire, cavillarique cepit, dum in Universitate Cantabrigiae cathedram moderabat. In Opere de Contractu trino Append. 2. §. 1. fule sententiam Bucerii exposuit, & palam feci, non nisi in quadam verborum equivocatione ab Ecclesiae catholicae, a qua delinxit, doctrina recedisse. Lucrum quippe ex dicitur, in societatem negotiationis alteri tradita, unquam appellavit in Commentariis in Psal. xiv. & tract. de usura, ubi haec inter plura alia scribit. Moderationem enim istius usurae sapissime dixi notandam esse primum ex Dei benignitate, apparente in obveniente lucro sancte & aequo comparato: tum ex iustitiaque, & utentis pecunia aliena, & tradentis eam alii in usum eam necessitate, tum commodo. Ita ut si Dominus usui pecunia non benedixerit, inde is qui ea usus sit bona fide (id est, non cessante in munere suo, nihilque in lucrum profundente, nihil tenere impendens) non solum nihil lucratur, veram etiam iacturam faciat, ut tunc ille qui pecuniam de alio utendum, PARTICIPET HOC DAMNO, VTI PARTICIPAT LUCRO, cum Dominus

illud dederit. Ad eum modum, si Dominus large benedixerit pecunia exercitio, eo quoque dixit debere cum benignitorem gratiam fratris sui creditori, qui eius fuerit pecuniam feliciter usus: ita ut omnia ex aequo & bono compensentur inter credentem, & usurarium pecuniam, ET LUCRUM, ET DAMNUM, & uterque obtineat aequalitatem, quam Spiritus S. requirit 11. Cor. viii. ut utriusque utrius abundantia alterius largiat inopiam: nec fit nisi remissio, alteri afflicto. Abundans pecunia communitate autem lactandi eius usi deficiunt, crevit pecuniam cui Dominus dedit facultatem pecuniam commode excedendi, pecuniam vero non dedit. Sic vero abundans lucro, ex aliena pecunia comparato, imperia indeci a quo pecunia accepti utendum. . . . . His adiunctis, Christianis quos Dominus veli civilitatis legibus vivere, bona semper conscientia iuri posse contrahendi inter se ratiovis, quas excolle: cuiusvisque civitatis leges comprobant: SII QUIDEM LEGES ILLAE NON PUGNANT CUM VERBO DEI.

IV. Tametsi haec Bucerii doctrina nonnulli voce tenus dilireparet a communi sana doctrina; nihilominus alii Universalitatis Theologos tanquam novi erroris reportent. Bucerum continuo oburgant, postidum Magister IUNGUS, ut testatur Bucerus ipse ibidem suis verbis. *Haec cum quarta potius cautione tractasset, quam tunc pectore excorator: nec etiam bonas innoxiam hominum conscientias perturbare inivissus Dei . . . . .* M. IUNGUS in disputatione quam habuit in suo Collegio, proposuit inter cetera, accipere pecuniam pro pecunia usui quovis modo esse usuram prohibitam verbo Dei, & peccatum. *Ad haec disputationem adfuit &c. . . . .* Rogabant, non liceret nobis hominibus aliquam actionem condemnare peccati quae nulli Deo verbo adversetur? Dabat ille non licere. *Adiecit illud genus usurae, quod supra descripsi, quod & comparatur pio sanctoque quibus, absque ullius fraude, & ita temperatur, ut non minus dantis quam accipientis detur commodo, nulli Dei verbo adversari. Plura Scriptura rum, & Patrum testimonia promit Bucerus in iuxta opinionis patrocinium. Nec propterea plene quiescebat Magister IUNGUS, subdit Bucerus ipse: quia lucrum illud sub usura nomine invehitur. Post multa (perit Bucerus) concedebat tamen longas, posse creditorem aliquando a debitore accipere gratiae loco, sed si id liberaliter daretur, & nullo intercedente pacto: non enim illud licere a quoquam stipulari. Contra id obicitur, me loqui de*